

Nuntio Aplico in Polonia assis-
 sente ad Sacrum Pontificali dei cele-
 brandum ab Archiepiscopo Gnesnensi, uel
 Leopoliensi, seu ab aliquo alio eorum
 Episcopis, si tamen sit ex Senatoribus
 etiam si Ordinarius Locis

Absente Rege

Ipse Nuntius saluatur ab Archiepiscopo, seu Episcopo
 celebrante transeunte ante ipsum, et illum
 resalutat.

Fertur Nuntio benedicendum Incensum ad In-
 troitum, sed Nuntius humanitatis gratia
 illud remittit benedicendum celebranti res-
 pondens = Ad Illm^o Celebrantem = . Cele-
 brans uero salutat Nuntium sacris illi gra-
 tias agendo, et Nuntius illum resalutat. Et
 quamuis debeat etiam ad Euangelium, et ad
 offeritorium ferri incensum benedictum Nun-
 tio, qui illud semper celebranti remittet,
 ut supra, superfluum uidebitur, cum suffi-
 ciat in hoc reuerentiam habita erga
 Nuntium ad Introitum.

Ab ipso Nuntio petere debet benedictionem
 Diaconus cantaturus Euangelium, sed ab eo par-
 ter humanitatis causa remittitur ad Episcopum
 Celebrantem cum responsione, ut supra.